

Secris domie mysterijs
erpiati: et veniam con-
sequamur et gratiam. *P. do.*

Gloria nos *Sup. pplm.*
domine ptectione dese-
de: et ab omni semper iniqui-
tate custodi. *p. Feria quarta.*

Gloria aut *ad scm. iustum.*
in domino speravi exulta-
bo et letabor in tua misericordia quia
resperisti humilitatem meam. *ps. Ante*
te domine speravi non confundar in eter-
num in iusticia tua libera me. *Loll.*

Resta nobis quia domine
ut salutaribus ieiunijs
eruditi: a noxijs quoque vicijs
abstinentes. propitiationem tuam
facilius impetremus. *p. Lectio*

Ecce dicit dominus *libri erodi*
deus. Honora patrem tuum
et matrem tuam: ut sis
longeuus super terram quam
dominus deus tuus dabit tibi. Non
occides: non mechaberis. non
furtum facies. non loqueris
contra proximum tuum falsum tes-
timonium. Non concupisces
domum proximi tui. nec desi-
derabis uxorem eius: non seruum
non ancillam. non bouem. non
asinum. nec omnia que illius sunt.
Luctus autem populus videbat vo-
ces et lampades et sonitum bu-

cine: montesque fumantes. Et
perterriti ac pauore concussi:
steterunt populus. dicentes moysi.
Loquere tu nobis: et audie-
mus. Non loquar nobis dominus:
ne forte moriamur. et ait moy-
ses ad populum. Nolite timere.
Et cum probaret vos venit deus
et ut terror illius esset in vobis:
et non peccaretis. Stetit quoque po-
pulus de longe: moyses autem ac-
cessit ad caliginem in qua erat
deus. Dixit quoque propterea dominus ad
moysen. Hec dices filiis israel.
Vos vidistis quod de celo locu-
tus sim vobis. Non facietis
deos argenteos: nec deos au-
reos facietis vobis. Altare
de terra facietis mihi: et offe-
retis super eo holocausta et
pacifica vestra. oues vestras
et boues in omni loco in quo
memoria fuerit: nominis mei.

Gradua. Misere mihi domine
quia infirmus sum sana me domine. *v. Co-*
turbata sunt omnia ossa mea et anima
mea turbata est valde. *Matheu*

In illo tempore Accesserunt ad
Iesum ab ierosolimis scribe
et pharisei: dicentes. Quare
discipuli tui transgrediuntur tra-
ditionem seniorum: Non enim im-
lauant manus suas: cum panem

manducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare et vos transgredimini mandatum dei. propter traditionem vestram? Nam deus dicit. **H**onora patrem tuum et matrem: et qui maledixerit patri vel matri. morte moriatur. Vos autem dicitis: quicumque dixerit patri vel matri. munus quodcumque est ex me tibi proderit. et non honorificauit patrem suum aut matrem suam. et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram ypocrite: bene prophetauit de vobis ysaias dicens. **P**opulus hic labijs me honorat cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas et mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis: dicit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore. hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondens: ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus ce-

lestis: eradicabitur. **V**inite illos. **E**ci sunt: duces cecorum. **E**cus autem si ceco ducatum prester: ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus: dicit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit. et in secessum emittitur? **Q**ue autem procedunt de ore de corde exeunt: et ea coinquinant hominem de corde enim exeunt cogitationes male: homicidia. adulteria fornicationes. furta. falsa testimonia. blasphemie. **H**ec sunt que coinquinant hominem. **N**on lotis autem manibus manducare: non coinquinat hominem. **O**ffertorium. Domine fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum quia suavis est misericordia tua. **V**ecre **U**scipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum. et tua mysteria celebrantes. ab omnibus nos defende periculis. **P. Com.** Notas mihi fecisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. **P**ost co.

Sanctificet nos domine
qua pasti sumus mēsa
celestis: et a cūctis erroribus
erpiatos: supnis pmissioni-
bus reddat acceptos. *Ps dñs.*

Oncede *Sup p̄lm.*
q̄s om̄ps dē: vt qui p-
tectōis tue grām q̄rim? libe-
rati a malis omnibus secura
tibi mēte seruiam? *Ps. Seria*
quita. ad sanctos cosimam et

Salus populi *damianus.*
li ego sū dicit dñs de qua-
cunq; tribulatōe clamauerint ad
me exaudia eos et ero illorū dñs ī
perpetuū. *ps. Attendite popule*
me? legē meā iclinate aurē uestrā
ī uerba oris mei. Glā. Collecta

Magnificet te dñe s̄ac-
torū tuorū cosime et da-
mian ī beata solemnitas: q̄ et
illis glām sempiternā: et opē
nobis ineffabili prouidentia
cōtulisti. *Ps. Lectio ieremie*

In diebus illis *prophete.*
Factum est verbuz dñi ad
me dicens. *Vtā in porta do-*
mus dñi: et p̄dica ibi verbuz
istud et dic. Audite verbū dñi
om̄s iuda: qui ingredimini
per portas has vt adoretis do-
minū. Hec dicit dñs exercitu-
um dē? isrl. Bonas facite vi-

as vestras et studia vestra: et
habitabo vobiscū in loco isto
Nolite cōfidere in verbis mē-
dacij dicentes: templuz dñi.
tēplum dñi. tēplum dñi est:
qm̄ si benedixeritis vias ve-
stras et studia vestra. si feceri-
tis iudicium inter virum et
proximum eius. aduene et pu-
pillo et vidue nō feceritis ca-
lumniam. nec sanguinē inno-
centē effuderitis in loco hoc
et post deos alienos non am-
bulaueritis in maluz vobis-
metipsis. habitabo vobiscuz
in loco isto in terra quaz dedi
patribus vris. a seculo et usq;
in seculū. **Dicit dñs: om̄ps.**
Grad. Oculi om̄iū in te sperāt
dñe et tu das ill' escā ī rēpore opor-
tuno. **R.** Aperis tu manū tuā et
imples om̄e animal bñdictione.
In illo **Secūdu iohānez.**
Itepe: Dicebat iesus turbis
iudeorū. **Dat me? usq; modo**
opaf: et ego opor. **Propterea**
ḡ magis querebāt euz iudei
interficere: quia non solum
soluebat sabbatū. sed et patrē
suū dicebat dñm. equalē se fa-
ciēs dō. Respōdit itaq; iesus:
et dixit eis. Amē amē dico vo-
bis: nō potest fili? a se facere